



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Oecolampadivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

### CONCLUSIO TERTIA.

enim pars aduersa intercessionē admittit minorē in terra, & Christi supremi intercessionē in cœlo, quare medios sanctos essent exclusuri. Et quia Christus pro nobis intercedit, qui sanctus est sanctorū, quare & alij beati pro nobis non intercederent, quū hoc facere videāt caput eorum Christū, procul dubio nobiliořa Christi membra se faciunt pariformia, sicut dicit lo hannes, sequunt agnū quocunq̄ ierit. Et Christus quū pro nobis roget, hoc facit & feruentī amore, quando nostræ animæ salutem sitiebat, & tamen sancti similem ad nos deferunt fraternalm charitatem, qua charitate permoti, & ipsi pro nobis intercedunt. Quare hæc duo dicta in recto & Christiano sensu, sicut & sancti patres semper intellexerunt sanctorū intercessiones, & Mariæ nobilis matris dei non euertunt. Ideoq; & domine doctor alias scripturas adferte contra intercessiones sanctorum.

### D. OE COLAMPADIVS.

**D**omine doctor, adiuuante me deo respondebo, sed anteāq; hoc facio breuius quo potero quæro. Vtrum melius sit ex tota fidutia deum per Christū solum inuocare, cum obliuione omnium aliarum creaturarum, aut cum adhesione aliarum creaturarum. Ad hoc respondete.

### D. ECKIVS.

Ad doctoris quæstionē dico: Etsi unum bonū opus altero sit melius. Est nihilominus bonum, ut & minora & maiora opera bona quis faciat, præcipue in oratione bonū est interdum deum inuocare absq; omni medio, aliquando cum medio, aliquando cum utroq;. Deus namq; metiūbet aliquādo per mediatores rogare, sicut Job xlij. dixit. Ite ad seruū meū Job & offerte holocaustū, pro uobis faciem eius suscipiā, ut non uobis impuretur stultitia, & mox sequitur. Dominusq; conuersus est ad pœnitentiam. Job quum oraret ille pro amicis suis. Quare ergo intercessio Mariæ non tantum effet ualitudo, sicut intercessio beati Job. Ideoq; & intercessio bona, utrum